

Liber S. Galli.

**O D A R U M
S A C R A R U M**

LIBRI IV.

D E S A N C T I S ,
Q V O S E C C L E S I A R O -
mana publicè per an-
num veneratur.

A V C T O R E

R. P ATHANASIO GUGGER ,
Monasterij S. Galli , Ord-
nis S. Benedicti , Mo-
nacho Presbytero.

*Laudate Dominum in sanctis
eius. Psal. 130.*

I N E O D E M M O N A S T E R I O
S. Galli.

Permissu Superiorum.

A N N O P A R T Æ S A L V T I S
M. D C. L X I V .

Sive, quos cœtus sibi Virginales
Iunxit Olympus.

* *S. Ambr. Offic. Eccl.*

O D E XV.

D E S. MEINR ADO
Mart.

21. Ianuarii.

A Vdésne primis Tu quoq; maximam
Virtutē ab annis voluere! Tu quoq;
Montésque , silvarūmque castra ,
Mente Puer superare magna ?
Audes & arcis spernere patriæ
MEINRADE turres ? sed citò proditur,
Cunisque scintillas ab ipsis
Cana solet Pietas vibrare.
Tam Castitatis candida foveras
Ætate prima Lilia , feminas
Ut raseris , præter MARIAM ,
Ex animo Puer universas.
Quantus deinceps ? quantāque proœlia
MEINRADE , rupes Acroceraunias ,
Intérque sublimes nivalis
Helvetiæ scopulos ciebas ?
Priscis recessit de stationibus
Orciniani militis Archidux ,
Silvæ Tenebroſæ tenebras
Tartareus Nebulo reliquit

B 3 Phœ.

Phœbeus orbis vidit , & horruit ,
Spissis refertos cùm legionibus

Frustra laboravit recessus

Auricomō penetrare vultu.

Sed quid stupemus , si fugat hostium

MEINRADVS agmen? si fugit hostium

Vis omnis , à cujus MARIA

Parte Acies stetit Ordinata.

Decebat , hostes ut procul abforent ,

Ne niterentur culta Rosaria ,

Ex hac Eremo proditura ,

Funerea violare strage.

O quanta florū messis in inviis

Silvis , beato germine pullulat !

Dumeta , silvestrēsque saltus

Elysios abeunt in Hortos.

An illud illic expetit inseri ,

Intérque spinas surgere Liliū ,

Cuius nives Adamidarum

Sera stupet series nepotum ?

Felix Eremus ! lucida nobili

Decore Florum , sis licet asperis

Inclusa pinetis , & albis

Alta jugis , scopulisque cincta :

Numquam beatos trudere desines

Flores honorum ; Scilicet aream

MEINRADVS his Plantis amicam ,

Ipse suis lacrymis rigavit.

Odarum sacrarum

Grando bonū sepelit Magistrū.
 Non nemo , Christi de Grege, transiens,
 Grandes aceruos dum lapidum videt ,
 Victoris abiectos beata
 Membra super: Lacrymis obortis,
 Saxo jacenti fortè propinquius ,
 Inscriptis istæc verba : Sub his jacet ,
 Post luctuosæ tela mortis ,
 Integritas , tumulata saxis.
O quisquis istam congeriem vides ,
 Et saxa transis tristia , ne pius
 Plora, sed implora patronam
 Æger opem, medicamq; dextrā.
 Audire promptus **TIMOTHEVS** preces ,
 Opem petenti protinus advehet ;
 Tu gratus adpendes sacratos
 Ad Cineres; memorem Tabellā.

O D E XIX.**DE CONVERSIONE S.****Paulli Apost.**25. *Ianuarii.*

E Lectionis Vas cano nectare
 Dio refertum, ceu solet uidi
 Ad tempus Autumni, Calena
 Orca novo tumuisse musto.
 Matura longis solibus , ebria
 Cum præla tandem diluit , & suos
 Infecit

Inficit innato rubore

Vua lacus ; ruber exit amnis.

Feruente dudum pectore Milites ,

Sacra, Christo sub Duce, prælia

Contra phalangas qui movebant

Tartareas , ita sunt precati :

Æterna summi Progenies Patris ,

Ferocientum turbida fluctuum

Non flabrat Sauli persequentis

Respicias , Stephanique voces ?

Ergone semper conflixi suis,

Sempérne tristi nos violentia ,

Saulus fatigatos per urbes

Hostis atrox trahet , & per agros ?

Aut tolle certe de medio Lupum ,

Aut è feroci , quod potius velis ,

Lupo fac Agnum , sic stupescet

Dura novam Synagoga famam .

Audit benignus vota rogantium

Regnator orbis Christus , ab aureo

Patris Tribunal , piisque

Aure preces probat haud iniqua .

Ibat minaci lumine peruicax

Saulus , furorem pectore nutriens ,

Et cædis , & plenus minarum ,

Sanguineas sitiens diotas ,

Ibat Damascum , Threicio ferox

Vestus caballo , compedibus sacros

Clausurus artus ; & caterua

Multa latus comitum tegebat.
 Cùm de flagranti plurimus æthere
 Crinita fulgor spicula fundere,
 Cœpitque diffusam tremenda
 Planitiem face verberare,
 Nec non severo terribilis sono
 Vox, è fragosis nubibus, increpans
 Dejecit invectos caballis,
 Inque fugam comites abegit:
Quid Saule, quid me persequeris furens?*
 Contra quid amnem tendere niteris?
 Dirum nimis, durumque, contra
 Te stimulum male calcitrare,
 Sit Vox ab alto detonuit polo,
 Irāmque toruo pectore depulit.
Mox Saulus in Paullum, Lupusque
 In placidū migrat asper Agnum.
Caligo noctis Cimmeriæ licet
Obducta squamis lumina texerit;
 Lux attamen Paullo profundis
 In tenebris nova visa oriri.
Res mira prorsus! cernere quod videns
 Crimen nequibat, postea lumine
 Meridiano contueri
 Lucidiūs potuisse cæcum!

* Act. 9.

o 6 9 o

O D E

DES.P.N.BENEDICTO
Abbate.

21. Martii.

Plerumque fortem militiam ferè,
Et bella multis larga cruentibus,
Martemque vincenti dolendum
Historicus vetus obstupecit,
Robur probandum non bene judicans,
Ignarus actum ter celeberrimum
Virtutis, in solo triumpho
Stare sui, propriaque pugna.
Est ille Victor maximus, Herculem
Victurus omnem, qui superaverit
Semet, triumphavitque mentis
Monstra suæ, generosus Hector.
Hic, hic meretur ducat ut Ordines
Ad obsideandas Cælicolam arduas
Arces, & expugnabit iste
Astra, Deo nihil obstruente.
Sic & beatum duxit ad æthera
Agmen timendum Tartareo Camo,
Insignis & palmis, & armis,
Marte novus, Benedictus Heros
Formidolosum contudit hic Stygis
Primum Tyrannum Strenuus, & nigrorum
Ingentem replevit pavore

Æthiopas

Æthiopas metuentis Orci.

Primit in annis fortiter imperus

Sufficer doctus : vis animæ bonæ

Crescente succrescebat ævo,

Nil potuit nociturus hostis ;

Seu Marte aperto, non faceret levem

Impressionem, bellicus artifex,

Et signa pugnandi crepante ,

Descopulis , daret ære pugnax .

Fortis videri dum cupid , interim

Turpem pavorem dissimulans , gravi

Pulsanda saxonum tumultu

Æra putat , procul audienda :

Seu cùm paratos instrueret dolos ,

Crispante quando gutture classica

Cantavit , haud adversa primūm ,

Luteolo merula atra rostro .

Conspœcta quomdam femina prœlium

Irritat ; ô quām pæne manum dedit !

Sternendus ingenti ruina ,

Consilio nisi dissipasset

Discrimen Heros . effugit , & loco

Tuto locatus , tela reverberat ,

Silvas , & urticas , & inter

Vulnificos tribulos inermis .

Pugnámque nudus restituit celer ,

Verùm profuso non sine sanguine ,

Hamata silvestris rubebant

Pila rubi , roseo cruento .

Viso profugit sanguine protinus
Hostis, retusis non bene spiculis

Vlus; triumphavit decorè

Perdomitum Benedictus hostem.

Post hæc recentem cogere militem
Sub signa Christi cœpit, & undique

Habere delectus, & arces

Exstruere horribiles Averno

Regi. Fremebat, vidit ut Ordinem
Densis cateruis proficere in dies.

Examen it florens decoræ

Militiæ, placeat quod Astris.

Non erubescunt ire gregarios

Inter, superbæ culmina gloriæ,

Et Imperatorum Coronæ,

Pontificumque sacræ Tiaræ.

Magnoque clari stemmate Principes

Gaudent redactos se quoq; in Ordinem;

Intérque Tirones professi

Purpurei veniunt Monarchæ.

Hoc ille fretus Milite criminum

Agmen fugavit, vicit & integrum

Mundum, voluptatumque gentem

Deliciis, fluidamque luxu.

Et scimus hostem quam Phlegetontiū,

Ausum nefandis obsidionibus

Fraterna delassare membra,

Expulerit colapho toroso;

Sensit trinodes articulos manus,

Et

Et si valeret, sanguinis impetum,
Fudisset, ac tantò doloris
Plus habuit, simul & pudoris.
Et scimus ater qualiter Æthiops,
Defectionem dum Monacho ingerit,
Bellè sit exceptus, deditque
Terga fugæ ferienda virgis.
Quin & cruentus sanguinis helvo,
Accinctus armis Totila barbaris,
Prostratus adspectu, jacebat
Pronus humi, tetigitque mento
Glebam Tyrannus, non Ducis optimi
Auctoritatem, verbaque ferrea,
Non ora, non vultum ferebat
Cum populo tremebundus omni.
Sed quis beati dinumeraverit
Archistrategi facta celebria?
Pugnásque, stipantésque palmas,
Et toties meritos honores?
Tandem Triumphum ter meritissimum
Decrevit æther, quo Capitolium
Cælestè prò quanto petisti
Cælicolum BENEDICTE plausu?
Et purpuratis tota tapetibus
Constrata fulsit, non sine palliis,
Auróque, gemmáque asperatis,
Ad Superim via lata Regnum.
Et visa festis lampas in ignibus
Vibrare flamas, Cetera dicere

Quis possit ? acceptos honores ,
 Et titulos , epiniciūmque ,
 Et gaudiorum flumina ? Tu Pater
 Quando Imperator Maximus, optimus ,
 Aeterna donativa quomdam

Militibus tribuet beandis ,
 Dic : Iste vates est quoque sub meis
 Signis ; & isti premia da tua :

Patris mei, (dicet) Venito , *

Quid dubitas? Benedicti es. intra.
 * Matth. 25.

ODE XIII.

DE ANNUNTIATIONE B. MARIAE Virg.

25. Martij.

O Diem certe niveo notandum
 Calculo! lux, o celebranda cunctis!
 Cujus exortus tulit universo
 Gaudia Mundo.

Hæc dies Mundo peperit salutem ,
 Hæc dies Evæ maledicta solvit ,
 Hac Homo factus Deus est , Deusque
 Est Homo factus.

Mittitur cæli Gabriel ab arce ,
 Luminis multo radians honore ,
 Qui salutando nova læta Mundo
 Nuntia ferret.

Nu-

Ante vi^ttores Leo vos colebat,
Blandiens cauda, cupidus subesse,
Adiacens plantis, neque triste rancat
Parrhasis yrsa.

Diceret pando, modò posset, ore :
Ite vi^ttores, superâltis yrsas,
Arcton, Antarc^ton ; pedibus subesse
Poscimus, ite.

O D E XXXI.

DE S.IGNATIO LOIO-
la Conf.

31. *Iulii.*

Herculē fortē nova poscit Hydra,
Quos habet ri^ct^o, capitūmq; flex^o?
Saxonum fudit mala Lerna monstrum.

Tetrior exit

Zvvinglius. Calvus sequitur deinde;
Altius tollit caput ! Elevabis

Dexteram Miles Loiola: truncā
Colla timenda :

Ne renascantur. Tibi nomen ignis
Donat, hoc pestis nova debet vri.
Herculem Hispanum Cacus iste tandem
Sentiat hostem.

Sed quis Ignati novus es Prometheūs ?
Tollis à cælo faculam, probante

O 3 Numine

Numine , & terris bonus Auctor infers,
Vritur Orbis

Igne divino ; bene flagrat ; euge !
Tu cor accendis ; stabula expiata
Cernit Augias ; Sacra quot recenset
Ara Sodales ?

Pulvarem, et noctem Pietas vetusta
Passa , detergit reparata sordes :
Et res florescit Duce Te , novosque
Sumit Amictus.

Quam bonus semper Deus ! imminenti
Obvium pesti medicamen offert ,
E malis gnarus bona non aceruo
Ducere parvo.

Adjuvat Sponsam Tibi dedicatam ,
Et Fidem dextra probat adiuvante ;
Vberi certe , Loiola , fructu
Damna resarcit.

Aethiops crispus, tepidique Gangis
Potor, & Iapon, Tibi cum salute
Debet & caelos; Tuus his Alumnus
Aethera pandit.

Non inhumanus velut ante carnes
Brasilus gustat; fera terra Christum
Laudat, & Iesu Socios, & audit
Verba docentum.

Quem opem largam duplicas ab alta
Sede demittens ; veniunteque multo
Cum lucro Nati; Pater hos receptas ,
Non sine lucro. In

Interim gaudes Loiola quantum!
 Fac tuō dignum quoque me favore,
 Obscro, crescet tua Numinis que
 Gloria major.

IVLII FINIS.

Laudate Dominum in sanctis suis.
Psal. 150.

A V G V S T V S.

- | | |
|-----|--------------------------------------------------------------------------------|
| 1. | S. Petrus ad Vincula.
SS. Machabæi MM.
SS. Fides Spes Caritas VV.
MM. |
| 2. | S. Stephanus Papa & Mart. |
| 4. | S. Dominicus Confessor.
S. Oswaldus Rex Mart. |
| 5. | Dedicatio B. Mariæ ad Nives.
Transfiguratio Domini. |
| 6. | SS. Xystus, Felicissimus & Agapitus MM.
S. Donatus Episcopus & M. |
| 7. | S. Afra Martyr. |
| 8. | SS. Cyriacus Largus Smaragdus
MM. |
| 9. | S. Romanus Mart. |
| 10. | S. Laurentius Mart. |
| 11. | S. Tiburtius Mart.
S. Susanna Virg. & M. |

O 4 S. Clara

Clamor, increscit, Scio. mors ad ipsa
Limina præstò est.

Este constantes precor, & valete,
Viximus. Multo sub itò furore
Miles irrumpit, cathedra sedebas
Præsul in alta.

Sed minax vultu rigido satelles
Obtuens, tristi Caput ense cædit:
Mox pavimentum natat, & rigata
Sanguine Sella.

In sua corpus Cathedra recumbens
Condidit cætus pius. Invidete,
Clara qui vobis foditis superbi
Busta Tyranni.

Et laborato tegitis tapete,
Nemo post funus, tenebrásque, vestrum
Sedit in sella, pretiosiore

Murice, recta.

O D E V.

DE S. DOMINICO

Confessore

4. Augusti.

ORbis hoc illud Columen labantis,
Vfa quo contra jaculum minantis
Filii dextram Veneranda dudum
Virgo fuisti.

In vetus rursum chaos, in favillas

Heu

Heu ! triplex mundi, triplici cremata
Igne tendebat, ferienda trino
Machina telo.

Sed tui Virgo Pietas Clientis
Imminens Orbi repulit periculum ;
Fulmen è Nati manibus retraxit ;
Leniit iram.

Et suam Mundo tuus iste pacem
Reddidit, mores Famulus reduxit
Candidos, gnarus superare fusis
Numina votis.

E sua certè Tibi Virgo linguâ
De Rosa gratas plicuit Corollas ;
Primus hoc suadens tua circulanda
Tempora serto.

Sæpe divinum Tibi Gabrielis
Nuntium multa pietate promens,
Angelum sanè sciit æmulari
Non sine laude,

Sæpe : Te Virgo quibus explieabo
Laudibus dixit, quibus elevabo ?
Mortuus Virgo super arcuata
Sustulit Astra.

Ire per spinas superas ad arces ,
Si piget , saltem juvet ire molles
Per Rosas ; saltem juvet huc Rosari

Ire per Hortum.

Hæc eat, quisquis cupit Astra, rectâ
Dicit ad cæli via certa Portam :

Stre-

Odarum sacrarum
Strenua pulsā prece, se recludet
Ianua cæli.

ODE VI.

DE S. OSWALDO
Rege & Conf.

4. Augusti.

Heu ! quò ruisti clara Britannia?
Olim Piorum fertilis Insula,
Regumque, Divorumque dives
Insula, clara foris, & intus.
Mutata quantum nunc es ab altera!
Quæ tot Virorum lumina protulit;
Quos inter Osvaldus relucet
Noctivagos velut inter ignes,
Adducta puris Cynthia cornibus,
Intérque flores, candida lilia
Rosæque Pæstanæ reludent,
Purpurea facie rubentes.
Non ille sceptris non diademati
Contraveniri censuit aureo,
In promovenda Christiana
Lege, Fide, pietate, cultu.
Si Rex, beati Præsulis Ipsem
Interpres iret, Gentis & efferam
Rex ipse, doctrina salubri
Barbariem cupidè fugaret.
Quis liberalem, pænèque prodigam

Dex-

Est nihil. certe nihil, orbe toto
Prorsus adspexi. nihil & videbam,

Quando videbam.

Has quid ad voces ferus Ebroinus?

Anne placatus fuit? anne vultum

Flexit: & mentem posuit furore, et

Cæde flagrantem?

Quæ lupi crebrò feritas probatur,

Quando sub sævis vel ovis, vel agnus

Dentibus balat, molit ille rubro in

Flumine carnes.

Talis exarsit. Maculare ferrum

Non Sacerdotis timet in cruento:

Purpuram, cæli Tibi Candidato

Injicit hostis.

Dixerit, si quis pius hunc Tragœdum

Vidit, irato Tomyrin fecutus

Ore, cum probro: Bibe quem sitisti

Latro, cruentem.

O D E V.

DES.FRANCISCO Conf.

4. Octobris.

NOn eget celi Domus Herculani,
Nō Atlanteis, ruitura nunquam,
Viribus, magnam sed humili minantur
Templa ruinam.

Curre FRANCISCE, & Laterana fulci
Tecta, ne nolis fieri Columna

F a-

Fabricæ , casum meditantis altum,
Fabrica Christi est.

Et tuos nutans humeros requirit
Orbis , æternam minitans ruinam ;
Sustine . Rursum chaos in vetustum
Mundus iniquus

Incipit solvi, periturus ira
Numinis justa ; nisi Tu ruinam
Amoves , actum est ; citò magna Mundi
Funera cernes.

Iam manus vibrat jaculum trisulcum
Numinis : vœ ! vœ ! simul evibrabit ;
Mundus in longos cineres abibit
Ignibus , cheu!

Ipse quos struxit ; quibus excitandis
Pabulum silvas scelerum cecidit ;
Curre FRANCISCE , Pietate magniam
Siste ruinam.

Non deest , qui Te velit adjuvare ;
O vir Hispanus bene concionans ?
Herculem quem Tu , vel Atlanta recte
Dixeris orbis.

Vos simul state , & Superum quiescet
Ira , vos Mundus moriens Columnas
Dicet , o quantas hominum piorum
Ducet uterque

Copias ! cernet Deus , & placebit
Agmen , & dextram retrahet minacem , et
Spiculum franget ; Bona cresce , cresce ,
Dicet , origo . Stran-

Strangula flamas quibus ardet Orbis,
Obsequi certant, quibus o uterque
Nisibus turpes studuit necare

Cypridos ignes?

Heu! nimis latos! odiique dire
Pectus urentes faculas, suisque
Rebus accensos satis Eucliones,

Semper amantes

Addere ad flamas alimenta, ridet
Cuncta FRANCISCVS peritura, Patri,
Faetus exheres, etiam lacernam

Misit avaro,

Posse se Patrem bene nominare
Iam Deum, dixit, patre se fugante,
Sarcina exutum magè posse niti

Dixit, in altum.

Tartari flamas etiam ruentes
In suum corpus, quibus edomabat
Fontibus? scimus nivium necatos

Inter acervos.

Scimus in lymphis glacie ligatis
Esse conspectum; vetitos ut ignes
Vinceret; quid non aqua claritatis

Contulit ista?

Bruma candorem, nive plus nitentem
Ipsa mirata est, stupuitque lymphæ,
Quæ, sub hiberno sua Capricorno

Membra, lavabat.

Hinc faces illæ, quibus è supernis

Vtus

Vistus est tectis , ab Amore missæ
Aurco ; flamas sua non tenebant
Pectora clausas.

Quis fuit sensus ? vel ubi fuisti,
Dive ? cum quino Tibi perforavit
Et manus ambas , latus atque plantæ
Vulnere , Numen.

Vidit hac quisquis terebrata plagâ
Mébra FRANCISCI ; vel in hac lacerna
Christus est ; Christi vel in hac imago
Abditur , inquit.

O D E VI.

D E S. PLACIDO
& sociis MM.

s. Octobris.

N Vrsiq splendor Benedicte, Princeps
Ordinis, magni dec' Occidentis ,
Filium specta , Pater , & beatum
Doctor Alumnum.

Cum pio Fratrum numero suorum,
Quem bonus recte datus est Magister:
Quos simul vitam docuit caducam, et
Spernere mortem.

Specta & è cælis tepida madentem
Cæde piratam , generosa certe
Bella laudabis , Placidi placebit
Nobile robur.

San-

O D E XXV.

D E S. EVARISTO
Papa & Mart.

26. Octobris.

P Oscimus, (si quid, Venerande Papa,
Pauperum votis dabis, EVARISTE)
Vinculis solvi, quibus illigari
Pect. ra nōsti.
Te ligatorum miseret; potestas
Facta solvendi Tibi, rumpe nexus,
Non finit vinctos Petrus introire
Janitor Vrbem
Cælitum. Nos Te Duce, Te Patrono
Vtimur, siamus, quod es, ad Tribunal
Numinis; si non sumus EVARISTI,
Egimus actum.

O D E XXVI.

D E SS. SIMONE & IV-
da Apostolis.

28. Octobris.

S ublimen petuit, Christus ut æthera,
Divisit socio regna Petrus choro:
Divino calidi flaminis impetu
Sortes quisque petunt suas.
Te septem gemini fluminis Ostia

Ex

Sive, quos cœtus sibi Virginales
Iunxit Olympus.

* *S. Ambr. Offic. Eccl.*

O D E XV.

D E S. MEINR ADO
Mart.

21. Ianuarii.

A Vdésne primis Tu quoq; maximam
Virtutē ab annis voluere! Tu quoq;
Montésque , silvarūmque castra ,
Mente Puer superare magna ?
Audes & arcis spernere patriæ
MEINRADE turres ? sed citò proditur,
Cunisque scintillas ab ipsis
Cana solet Pietas vibrare.
Tam Castitatis candida foveras
Ætate prima Lilia , feminas
Ut raseris , præter MARIAM ,
Ex animo Puer universas.
Quantus deinceps ? quantāque proœlia
MEINRADE , rupes Acroceraunias ,
Intérque sublimes nivalis
Helvetiæ scopulos ciebas ?
Priscis recessit de stationibus
Orciniani militis Archidux ,
Silvæ Tenebroſæ tenebras
Tartareus Nebulo reliquit

B 3 Phœ.

Phœbeus orbis vidi^t, & horruit,
Spissis refertos cūm legionibus

Frustra laboravit recessus

Auricomō penetrare vultu.

Sed quid stupemus, si fugat hostium

MEINRADVS agmen? si fugit hostium

Vis omnis, à cujus MARIA

Parte Acies stetit Ordinata.

Decebat, hostes ut procul abforent,

Ne niterentur culta Rosaria,

Ex hac Eremo proditura,

Funerea violare strage.

O quanta florū messis in inviis

Silvis, beato germine pullulat!

Dumeta, silvestrēsque saltus

Elysios abeunt in Hortos.

An illud illic expetit inseri,

Intérque spinas surgere Liliū,

Cuius nives Adamidarum

Sera stupet series nepotum?

Felix Eremus! lucida nobili

Decore Florum, sis licet asperis

Inclusa pinetis, & albis

Alta jugis, scopulisque cincta:

Numquam beatos trudere desines

Flores honorum; Scilicet aream

MEINRADVS his Plantis amicam,

Ipse suis lacrymis rigavit.

Odarum sacrarum

Grando bonū sepelit Magistrū.
 Non nemo , Christi de Grege, transiens,
 Grandes aceruos dum lapidum videt ,
 Victoris abiectos beata
 Membra super: Lacrymis obortis,
 Saxo jacenti fortè propinquius ,
 Inscriptis istæc verba : Sub his jacet ,
 Post luctuosæ tela mortis ,
 Integritas , tumulata saxis.
O quisquis istam congeriem vides ,
 Et saxa transis tristia , ne pius
 Plora, sed implora patronam
 Æger opem, medicamq; dextrā.
 Audire promptus **TIMOTHEVS** preces ,
 Opem petenti protinus advehet ;
 Tu gratus adpendes sacratos
 Ad Cineres; memorem Tabellā.

O D E XIX.**DE CONVERSIONE S.****Paulli Apost.**25. *Ianuarii.*

E Lectionis Vas cano nectare
 Dio refertum, ceu solet uidi
 Ad tempus Autumni, Calena
 Orca novo tumuisse musto.
 Matura longis solibus , ebria
 Cum præla tandem diluit , & suos
 Infecit

Inficit innato rubore

Vua lacus ; ruber exit amnis.

Feruente dudum pectore Milites ,

Sacra, Christo sub Duce, prælia

Contra phalangas qui movebant

Tartareas , ita sunt precati :

Æterna summi Progenies Patris ,

Ferocientum turbida fluctuum

Non flabrat Sauli persequentis

Respicias , Stephanique voces ?

Ergone semper conflixi suis,

Sempérne tristi nos violentia ,

Saulus fatigatos per urbes

Hostis atrox trahet , & per agros ?

Aut tolle certe de medio Lupum ,

Aut è feroci , quod potius velis ,

Lupo fac Agnum , sic stupescet

Dura novam Synagoga famam .

Audit benignus vota rogantium

Regnator orbis Christus , ab aureo

Patris Tribunal , piisque

Aure preces probat haud iniqua .

Ibat minaci lumine peruicax

Saulus , furorem pectore nutriens ,

Et cædis , & plenus minarum ,

Sanguineas sitiens diotas ,

Ibat Damascum , Threicio ferox

Vestus caballo , compedibus sacros

Clausurus artus ; & caterua

Multa latus comitum tegebat.
 Cùm de flagranti plurimus æthere
 Crinita fulgor spicula fundere,
 Cœpitque diffusam tremenda
 Planitiem face verberare,
 Nec non severo terribilis sono
 Vox, è fragosis nubibus, increpans
 Dejecit invectos caballis,
 Inque fugam comites abegit:
Quid Saule, quid me persequeris furens?*
 Contra quid amnem tendere niteris?
 Dirum nimis, durumque, contra
 Te stimulum male calcitrare,
 Sit Vox ab alto detonuit polo,
 Irāmque toruo pectore depulit.
Mox Saulus in Paullum, Lupusque
 In placidū migrat asper Agnum.
Caligo noctis Cimmeriæ licet
Obducta squamis lumina texerit;
 Lux attamen Paullo profundis
 In tenebris nova visa oriri.
Res mira prorsus! cernere quod videns
 Crimen nequibat, postea lumine
 Meridiano contueri
 Lucidiūs potuisse cæcum!

* Act. 9.

o 6 9 o

O D E

DES.P.N.BENEDICTO
Abbate.

21. Martii.

Plerumque fortem militiam ferè,
Et bella multis larga cruentibus,
Martemque vincenti dolendum
Historicus vetus obstupecit,
Robur probandum non bene judicans,
Ignarus actum ter celeberrimum
Virtutis, in solo triumpho
Stare sui, propriaque pugna.
Est ille Victor maximus, Herculem
Victurus omnem, qui superaverit
Semet, triumphavitque mentis
Monstra suæ, generosus Hector.
Hic, hic meretur ducat ut Ordines
Ad obsideandas Cælicolam arduas
Arces, & expugnabit iste
Astra, Deo nihil obstruente.
Sic & beatum duxit ad æthera
Agmen timendum Tartareo Camo,
Insignis & palmis, & armis,
Marte novus, Benedictus Heros
Formidolosum contudit hic Stygis
Primum Tyrannum Strenuus, & nigrorum
Ingentem replevit pavore

Æthiopas

Æthiopas metuentis Orci.

Primit in annis fortiter imperus

Sufficer doctus : vis animæ bonæ

Crescente succrescebat ævo,

Nil potuit nociturus hostis ;

Seu Marte aperto, non faceret levem

Impressionem, bellicus artifex,

Et signa pugnandi crepante ,

Descopulis , daret ære pugnax .

Fortis videri dum cupid , interim

Turpem pavorem dissimulans , gravi

Pulsanda saxonum tumultu

Æra putat , procul audienda :

Seu cùm paratos instrueret dolos ,

Crispante quando gutture classica

Cantavit , haud adversa primūm ,

Luteolo merula atra rostro .

Conspœcta quomdam femina prœlium

Irritat ; ô quām pæne manum dedit !

Sternendus ingenti ruina ,

Consilio nisi dissipasset

Discrimen Heros . effugit , & loco

Tuto locatus , tela reverberat ,

Silvas , & urticas , & inter

Vulnificos tribulos inermis .

Pugnámque nudus restituit celer ,

Verùm profuso non sine sanguine ,

Hamata silvestris rubebant

Pila rubi , roseo cruento .

Viso profugit sanguine protinus
Hostis, retusis non bene spiculis

Vlus; triumphavit decorè

Perdomitum Benedictus hostem.

Post hæc recentem cogere militem
Sub signa Christi cœpit, & undique

Habere delectus, & arces

Exstruere horribiles Averno

Regi. Fremebat, vidit ut Ordinem
Densis cateruis proficere in dies.

Examen it florens decoræ

Militiæ, placeat quod Astris.

Non erubescunt ire gregarios

Inter, superbæ culmina gloriæ,

Et Imperatorum Coronæ,

Pontificumque sacræ Tiaræ.

Magnoque clari stemmate Principes

Gaudent redactos se quoq; in Ordinem;

Intérque Tirones professi

Purpurei veniunt Monarchæ.

Hoc ille fretus Milite criminum

Agmen fugavit, vicit & integrum

Mundum, voluptatumque gentem

Deliciis, fluidamque luxu.

Et scimus hostem quam Phlegetontiū,

Ausum nefandis obsidionibus

Fraterna delassare membra,

Expulerit colapho toroso;

Sensit trinodes articulos manus,

Et

Et si valeret, sanguinis impetum,
Fudisset, ac tantò doloris
Plus habuit, simul & pudoris.
Et scimus ater qualiter Æthiops,
Defectionem dum Monacho ingerit,
Bellè sit exceptus, deditque
Terga fugæ ferienda virgis.
Quin & cruentus sanguinis helvo,
Accinctus armis Totila barbaris,
Prostratus adspectu, jacebat
Pronus humi, tetigítque mento
Glebam Tyrannus, non Ducis optimi
Auctoritatem, verbaque ferrea,
Non ora, non vultum ferebat
Cum populo tremebundus omni.
Sed quis beati dinumeraverit
Archistrategi facta celebria?
Pugnásque, stipantésque palmas,
Et toties meritos honores?
Tandem Triumphum ter meritissimum
Decrevit æther, quo Capitolium
Cælestè prò quanto petisti
Cælicolum BENEDICTE plausu?
Et purpuratis tota tapetibus
Constrata fulsit, non sine palliis,
Auróque, gemmáque asperatis,
Ad Superim via lata Regnum.
Et visa festis lampas in ignibus
Vibrare flamas, Cetera dicere

Quis possit ? acceptos honores ,
 Et titulos , epiniciūmque ,
 Et gaudiorum flumina ? Tu Pater
 Quando Imperator Maximus, optimus ,
 Aeterna donativa quomdam

Militibus tribuet beandis ,
 Dic : Iste vates est quoque sub meis
 Signis ; & isti premia da tua :

Patris mei, (dicet) Venito , *

Quid dubitas? Benedicti es. intra.
 * Matth. 25.

ODE XIII.

DE ANNUNTIATIONE B. MARIAE Virg.

25. Martij.

O Diem certe niveo notandum
 Calculo! lux, o celebranda cunctis!
 Cujus exortus tulit universo
 Gaudia Mundo.

Hæc dies Mundo peperit salutem ,
 Hæc dies Evæ maledicta solvit ,
 Hac Homo factus Deus est , Deusque
 Est Homo factus.

Mittitur cæli Gabriel ab arce ,
 Luminis multo radians honore ,
 Qui salutando nova læta Mundo
 Nuntia ferret.

Nu-

Ante vi^ttores Leo vos colebat,
Blandiens cauda, cupidus subesse,
Adiacens plantis, neque triste rancat
Parrhasis yrsa.

Diceret pando, modò posset, ore :
Ite vi^ttores, superâltis yrsas,
Arcton, Antarc^ton ; pedibus subesse
Poscimus, ite.

O D E XXXI.

DE S.IGNATIO LOIO-
la Conf.

31. *Iulii.*

Herculē fortē nova poscit Hydra,
Quos habet ri^ct^o, capitūmq; flex^o?
Saxonum fudit mala Lerna monstrum.

Tetrior exit

Zvvinglius. Calvus sequitur deinde;
Altius tollit caput ! Elevabis

Dexteram Miles Loiola: truncā
Colla timenda :

Ne renascantur. Tibi nomen ignis
Donat, hoc pestis nova debet vri.
Herculem Hispanum Cacus iste tandem
Sentiat hostem.

Sed quis Ignati novus es Prometheūs ?
Tollis à cælo faculam, probante

O 3 Numine

Numine , & terris bonus Auctor infers,
Vritur Orbis

Igne divino ; bene flagrat ; euge !
Tu cor accendis ; stabula expiata
Cernit Augias ; Sacra quot recenset
Ara Sodales ?

Pulvarem, et noctem Pietas vetusta
Passa , detergit reparata sordes :
Et res florescit Duce Te , novosque
Sumit Amictus.

Quam bonus semper Deus ! imminenti
Obvium pesti medicamen offert ,
E malis gnarus bona non aceruo
Ducere parvo.

Adjuvat Sponsam Tibi dedicatam ,
Et Fidem dextra probat adiuvante ;
Vberi certe , Loiola , fructu
Damna resarcit.

Aethiops crispus, tepidique Gangis
Potor, & Iapon, Tibi cum salute
Debet & caelos; Tuus his Alumnus
Aethera pandit.

Non inhumanus velut ante carnes
Brasilus gustat; fera terra Christum
Laudat, & Iesu Socios, & audit
Verba docentum.

Quem opem largam duplicas ab alta
Sede demittens ; veniunteque multo
Cum lucro Nati ; Pater hos receptas ,
Non sine lucro. In

Interim gaudes Loiola quantum!
 Fac tuō dignum quoque me favore,
 Obscro, crescet tua Numinis que
 Gloria major.

IVLII FINIS.

Laudate Dominum in sanctis suis.
Psal. 150.

A V G V S T V S.

- | | |
|-----|--------------------------------------------------------------------------------|
| 1. | S. Petrus ad Vincula.
SS. Machabæi MM.
SS. Fides Spes Caritas VV.
MM. |
| 2. | S. Stephanus Papa & Mart. |
| 4. | S. Dominicus Confessor.
S. Oswaldus Rex Mart. |
| 5. | Dedicatio B. Mariæ ad Nives.
Transfiguratio Domini. |
| 6. | SS. Xystus, Felicissimus & Agapitus MM. |
| 7. | S. Donatus Episcopus & M.
S. Afra Martyr. |
| 8. | SS. Cyriacus Largus Smaragdus
MM. |
| 9. | S. Romanus Mart. |
| 10. | S. Laurentius Mart. |
| 11. | S. Tiburtius Mart.
S. Susanna Virg. & M. |

O 4 S. Clara

Clamor, increscit, Scio. mors ad ipsa
Limina præstò est.

Este constantes precor, & valete,
Viximus. Multo sub itò furore
Miles irrumpit, cathedra sedebas
Præsul in alta.

Sed minax vultu rigido satelles
Obtuens, tristi Caput ense cædit:
Mox pavimentum natat, & rigata
Sanguine Sella.

In sua corpus Cathedra recumbens
Condidit cætus pius. Invidete,
Clara qui vobis foditis superbi
Busta Tyranni.

Et laborato tegitis tapete,
Nemo post funus, tenebrásque, vestrum
Sedit in sella, pretiosiore

Murice, recta.

O D E V.

DE S. DOMINICO

Confessore

4. Augusti.

ORbis hoc illud Columen labantis,
Vfa quo contra jaculum minantis
Filii dextram Veneranda dudum
Virgo fuisti.

In vetus rursum chaos, in favillas

Heu

Heu ! triplex mundi, triplici cremata
Igne tendebat, ferienda trino
Machina telo.

Sed tui Virgo Pietas Clientis
Imminens Orbi repulit periculum ;
Fulmen è Nati manibus retraxit ;
Leniit iram.

Et suam Mundo tuus iste pacem
Reddidit, mores Famulus reduxit
Candidos, gnarus superare fusis
Numina votis.

E sua certè Tibi Virgo linguâ
De Rosa gratas plicuit Corollas ;
Primus hoc suadens tua circulanda
Tempora serto.

Sæpe divinum Tibi Gabrielis
Nuntium multa pietate promens,
Angelum sanè sciit æmulari
Non sine laude,

Sæpe : Te Virgo quibus explieabo
Laudibus dixit, quibus elevabo ?
Mortuus Virgo super arcuata
Sustulit Astra.

Ire per spinas superas ad arces ,
Si piget , saltem juvet ire molles
Per Rosas ; saltem juvet huc Rosari

Ire per Hortum.

Hæc eat, quisquis cupit Astra, rectâ
Dicit ad cæli via certa Portam :

Stre-

Odarum sacrarum
Strenua pulsā prece, se recludet
Ianua cæli.

ODE VI.

DE S. OSWALDO
Rege & Conf.

4. Augusti.

Heu ! quò ruisti clara Britannia?
Olim Piorum fertilis Insula,
Regumque, Divorumque dives
Insula, clara foris, & intus.
Mutata quantum nunc es ab altera!
Quæ tot Virorum lumina protulit;
Quos inter Osvaldus relucet
Noctivagos velut inter ignes,
Adducta puris Cynthia cornibus,
Intérque flores, candida lilia
Rosæque Pæstanæ reludent,
Purpurea facie rubentes.
Non ille sceptris non diademati
Contraveniri censuit aureo,
In promovenda Christiana
Lege, Fide, pietate, cultu.
Si Rex, beati Præsulis Ipsem
Interpres iret, Gentis & efferam
Rex ipse, doctrina salubri
Barbariem cupidè fugaret.
Quis liberalem, pænèque prodigam

Dex-

Est nihil. certe nihil, orbe toto
Prorsus adspexi. nihil & videbam,

Quando videbam.

Has quid ad voces ferus Ebroinus?

Anne placatus fuit? anne vultum

Flexit: & mentem posuit furore, et

Cæde flagrantem?

Quæ lupi crebrò feritas probatur,

Quando sub sævis vel ovis, vel agnus

Dentibus balat, molit ille rubro in

Flumine carnes.

Talis exarsit. Maculare ferrum

Non Sacerdotis timet in cruento:

Purpuram, cæli Tibi Candidato

Injicit hostis.

Dixerit, si quis pius hunc Tragœdum

Vidit, irato Tomyrin fecutus

Ore, cum probro: Bibe quem sitisti

Latro, cruentem.

O D E V.

DES.FRANCISCO Conf.

4. Octobris.

NOn eget celi Domus Herculani,
Nō Atlanteis, ruitura nunquam,
Viribus, magnam sed humi minantur
Templa ruinam.

Curre FRANCISCE, & Laterana fulci
Tecta, ne nolis fieri Columna

F a-

Fabricæ , casum meditantis altum,
Fabrica Christi est.

Et tuos nutans humeros requirit
Orbis , æternam minitans ruinam ;
Sustine . Rursum chaos in vetustum
Mundus iniquus

Incipit solvi, periturus ira
Numinis justa ; nisi Tu ruinam
Amoves , actum est ; citò magna Mundi
Funera cernes.

Iam manus vibrat jaculum trisulcum
Numinis : vœ ! vœ ! simul evibrabit;
Mundus in longos cineres abibit
Ignibus , cheu!

Ipse quos struxit ; quibus excitandis
Pabulum silvas scelerum cecidit ;
Curre FRANCISCE , Pietate magniam
Siste ruinam.

Non deest , qui Te velit adjuvare ;
O vir Hispanus bene concionans ?
Herculem quem Tu , vel Atlanta recte
Dixeris orbis.

Vos simul state , & Superum quiescet
Ira , vos Mundus moriens Columnas
Dicet , o quantas hominum piorum
Ducet uterque

Copias ! cernet Deus , & placebit
Agmen , & dextram retrahet minacem , et
Spiculum franget ; Bona cresce , cresce ,
Dicet , origo . Stran-

Strangula flamas quibus ardet Orbis,
Obsequi certant, quibus o uterque
Nisibus turpes studuit necare

Cypridos ignes?

Heu! nimis latos! odiique dire
Pectus urentes faculas, suisque
Rebus accensos satis Eucliones,

Semper amantes

Addere ad flamas alimenta, ridet
Cuncta FRANCISCVS peritura, Patri,
Faetus exheres, etiam lacernam

Misit avaro,

Posse se Patrem bene nominare
Iam Deum, dixit, patre se fugante,
Sarcina exutum magè posse niti

Dixit, in altum.

Tartari flamas etiam ruentes
In suum corpus, quibus edomabat
Fontibus? scimus nivium necatos

Inter acervos.

Scimus in lymphis glacie ligatis
Esse conspectum; vetitos ut ignes
Vinceret; quid non aqua claritatis

Contulit ista?

Bruma candorem, nive plus nitentem
Ipsa mirata est, stupuitque lymphæ,
Quæ, sub hiberno sua Capricorno

Membra, lavabat.

Hinc faces illæ, quibus è supernis

Vtus

Vistus est tectis , ab Amore missæ
Aurco ; flamas sua non tenebant
Pectora clausas.

Quis fuit sensus ? vel ubi fuisti,
Dive ? cum quino Tibi perforavit
Et manus ambas , latus atque plantæ
Vulnere , Numen.

Vidit hac quisquis terebrata plagâ
Mébra FRANCISCI ; vel in hac lacerna
Christus est ; Christi vel in hac imago
Abditur , inquit.

O D E VI.

D E S. PLACIDO
& sociis MM.

s. Octobris.

N Vrsiq splendor Benedicte, Princeps
Ordinis, magni dec' Occidentis ,
Filium specta , Pater , & beatum
Doctor Alumnum.

Cum pio Fratrum numero suorum,
Quem bonus recte datus est Magister:
Quos simul vitam docuit caducam, et
Spernere mortem.

Specta & è cælis tepida madentem
Cæde piratam , generosa certe
Bella laudabis , Placidi placebit
Nobile robur.

San-

O D E XXV.

D E S. EVARISTO
Papa & Mart.

26. Octobris.

P Oscimus, (si quid, Venerande Papa,
Pauperum votis dabis, EVARISTE)
Vinculis solvi, quibus illigari
Pect. ra nōsti.
Te ligatorum miseret; potestas
Facta solvendi Tibi, rumpe nexus,
Non finit vinctos Petrus introire
Janitor Vrbem
Cælitum. Nos Te Duce, Te Patrono
Vtimur, siamus, quod es, ad Tribunal
Numinis; si non sumus EVARISTI,
Egimus actum.

O D E XXVI.

D E SS. SIMONE & IV-
da Apostolis.

28. Octobris.

S ublimen petuit, Christus ut æthera,
Divisit socio regna Petrus choro:
Divino calidi flaminis impetu
Sortes quisque petunt suas.
Te septem gemini fluminis Ostia

Ex